

1443 [= 2419] Herculanei in theatro fragmenta prodierunt per dies 10—13 Ian. 1739 secundum acta (*Bull. Ital.* 4, 36) excepto postremo, quod separavi. Hoc acta eadem referunt sub die 28 Nov. 1767 (*Bull. Ital.* 4 p. 39) sic: *avanti la scena e propriamente sotto del palco porzione d'iscrizione che dice ORCH·S·P.* Id ego olim repertum in museo Neapolitano adiunxi ad reliquum titulum in ed. priore coniectura, quam probavit Fiorellius prostantque nunc ibidem coniuncta. Eiusdem fragmenti alterum exemplum eodem modo fractum item olim repperi in museo Neapolitano; id hodie ex eo eiectum est et collocatum in museo Pompeiano.

L · ANNIVS · L · F · MAMMIANVS · RVFVS · II · VIR · QVINQ · THEATR · ORCH · S · P

P · NV MISIVS · P · F · ARCHITECTVS

Descripsi et recognovi. *Nihil miror*, Belgradus inquit, *cur ex epigraphe mutila et fracta multiplex lectionis ratio redundaverit. Alii aliter fragmenta nectunt et litteras truncas et exesas afferunt et describunt, prout ei sententiae ac interpretationi congruunt, quam sibi quisque re non adhuc mature discussa facile animo fingit ac format.* Integros tamen titulos repertos esse et in extrahendo demum fractos et confusos auctor est Venutius *scop.* praef. p. XVI. Tituli typus Venutianus extat in actis 13 Ian. 1739 servatis tam in tabulario regio quam in museo (inde *Bull. Ital.* 4 p. 36) et apud ipsum Venutium in litt. ad Gorium datis s. d. 17 Ian. 1739 (symb. dec. I vol. 1 p. 42. 155) et *scop. di Erc.* praef. p. XVI p. 59, praeterea apud Anastasium animadv. in librum Milantis de Stabiis 1751 p. 27, qui descripsisse videtur e Venutio *scop.* p. 59. E Venutio pendet qpinor Tinea Placentinus qui misit 25 Mart. 1739 Muratorio. Alter typus Darthenayi Galli (quem Venutius tacito nomine reprehendit) legitur apud ipsum p. 19, praeterea apud Calogerà *racc.* XLI p. 31, apud Gorium symb. dec. II, 2 p. 21, denique apud Belgradum p. 46. Cum hoc coniunctum est quod legitur in actis s. d. 6 Nov. 1739: *se ha encontrado en el pozo de Petrano en varios pedazos parte de una inscripcion en que solo se puede leer LVICIO·MAMMIANO y en otra parte HERCVLES...* Tertia recensio, quae omittit plane v. 2, extat apud Mur. 2021, 1 a Castagnola et Winckelmannum *Werke* II p. 157 et simul cum altero typo apud Belgradum l. c. Solum v. 2 edidit Raoul-Rochette *lettre à M. Schorn* p. 437. Romanellius *viaggio* 2, 64 hunc titulum et n. 1445 male contaminavit. Extremi fragmenti exemplum alterum (vide supra) ad Pompeios rettulit Nissenus *Pomp. Stud.* p. 119 (vide ad n. 844). Fiorelli cat. n. 1185.

2 hodie non cernitur nisi AN///: sed marmor ipsum ulterius pergit superficie exesa, ut facile antiqui aliquot litteras ibi deprehendere potuerint hodie deficientes. Itaque admisi quod exhibet Venutius: P·NV MISIVS·P·F·ARC...TEC... (ita symb.; ARCH·EC... *scop.* p. 59, Anastas.; AR...TEC... *scop.* praef. p. XVI, ARCHIT vel ARCHITECTVS acta ms., ARCHITEC// Placentinus apud Mur. ms.; unde ab aliis legi ARCHITECT ait Belgrad. l. c.). Alterum exemplum antiquum quod extat Darthenayi cum sic eum versum exhibeat: ...NV MISIVS·P·F·ARO [ARC Cal.]... HERCVLANEN... quamquam corruptum tamen ostendit et ipsum vestigia litterarum hodie deperditarum.

1444 [= 2420] Herculanei reperta multo post n. 1443. 1445; nam non novit Venutius. Ex actis ad hanc videtur pertinere quod legitur sub die 10 Mai. 1766 (*Bull. Ital.* 4, 39): *trovato dalla parte di fuori del teatro, e propriamente contiguo al principio una iscrizione rotta in otto pezzi con lettere di mezzo palmo ed è L·ANNIVS·M.* Extat Neapoli in museo.

L · ANNIVS · MAMMIANVS · RVFVS · II · VIR · QVINQ · THEATR · ORCHESTRAM DE · SVO

Descripsi et recognovi. Acta l. c. et cod. Neap. X. C. 79 (in hoc sic est: L·ANNIVS·MAMMIANVS); *Antichità di Ercolano* VI, 337; Diss. Isag. p. 57; Fiorelli cat. n. 1183. Henzen 6595.

1445 [= 2421] Herculanei in theatro pars prima (descripta est in actis sic: A | MAMMIANVS · II · VIR · QVINQ · F) prodiit die 11 Dec. 1738 ACTA. Eundem diem ponit VENVTIVS. Est Neapoli in museo.

L · ANNIVS · MAMMIANVS · RVFVS · II · VIR · QVINQ · F · ARCHITECTVS

Descripsi et recognovi. Mur. 662, 1 a Como, 2021, 1 a Castagnola; Venutius apud Gorium dec. I vol. 1, 42. 192, *scop. di Erc.* praef. p. XV p. 58. 59; Belgradus p. 45; Romanelli *viaggio* 2, 64, qui contaminavit cum n. 1443; Guarini fast. ed. 1 p. 150, qui huius tituli partem edidit cum supplementis ineptis; Fiorelli cat. n. 1184.

Pro fragmento extremo, quod et antiquiores auctores et Fiorellius huic titulo adiudicarunt, ego in ed. priore substitueram errore id quod supra legitur inter Pompeiana n. 836 [EATRV].

1446 [= 2308 + 6377, 43] epistylum Neapoli in museo.

P · NV MISIVS · P · F · MEN · ARCHITECTVS

Descripsi et recognovi fragmenta secundum (quod edidit Raoul-Rochette *lettre à M. Schorn* p. 441 in nota) tertiumque, quae coniunxit Fiorellius cat. n. 1278. Primum, quod adiunxit Nissen, ego in museo frustra quaesivi, nec novit Fiorellius.

1447 [= 2426] reperta Herculanei 2 Dec. 1743 cum statua aerea palm. 8. Extat Neapoli in museo.

M · CALATORIO · M · F
QVARTIONIS
MVNICIPES · ET · INCOLAE
AERE · CONLATO

Descripsi et recognovi. Acta cod. bibl. Neap. X. C. 79; *Antichità di Ercolano* T. VI p. 331. 335; Diss. Isag. p. 56; Romanelli *viaggio* 2, 71; Fiorelli cat. n. 1173.

1 fin. plus una littera spatium non recipit.

1448 [= 6362] Herculaneo tribuit FIORELLIVS propterea quod in laterculo Herculansenis n. 1403 l. 1, 3 nominatur .. *Claudius Hymenaeus*. Extat Neapoli in museo. Pompeianam dixit GVARINI.

M · CLAVDIO ·
MARCELLI
AESERNINI · LIB ·
HYMENAEO
5 AVGVSTALI

Descripsi et recognovi. Guarini *fasti duumvirali* ed. 1 p. 171; Fiorelli cat. n. 1202.

Guarinius adiungit in f.: AVGVSTALES · P; potest coaluisse apud eum hic titulus cum Pompeiano n. 977.

Patronus fuit opinor notus orator praetor peregrinus a. 19 (cf. Henzen *Arv.* p. 182).

1449 [= 2432] reperta Herculanei. Extat Neapoli in museo.

L · MAMMIANVS ·
MEN · PATRI ·
DECVR MVN
NV CER · ALI

Descripsi et recognovi. *Antich. di Ercol.* t. VI p. 338; Diss. Isag. p. 57; Lupoli *inscr. Corf.* ed. 2 p. 5; Fiorelli cat. n. 1193. Henzen 7005.

4 NV CER hiatum non satis explet.

1450 [= 2429] reperta Herculanei. Extat Neapoli in museo. — Puteolis ad aram Serapidis repertam esse ait auctor *dell' edif.* errore.

i. mamMIANVS · MAXIMVS · MACELLVM
cum ornamentis · ET · MERITORIS sua pec. f. c
i a EMQ · DEDICATIONE populo eputum dedit

Descripsi et recognovi. *Antich. di Ercol.* t. VI p. 338; auctor *dell' edifizio di Pozzuoli* (Romae 1773); Diss. Isag. p. 57; Lupoli *inscr. Corf.* ed. 2 p. 5; Fiorelli cat. n. 1192.

1451 [= 2431] Herculanei reperta 29 Mart. 1741 ACTA. Extat Neapoli in museo.

L · MAMMIANVS · MAXIMVS
P · S

Descripsi et recognovi. Acta l. c. (*Registro* VI p. 366); Fiorelli cat. n. 1190.

Puteolis Cumis Miseni et in locis vicinis, nullos autem in eo fuisse neque Herculenses (praeter tabulam aeneam unam) neque Pompeianos (nam n. 925 iam intellegitur ex eo numero eximendum esse, item n. 1077. 1079 magis venisse ex agro Scafateni quam ex ipsis Pompeiis), perpaucos Farnesianos, id est extitisse eo tempore Neapoli tria musea

publica in universum ad origines ordinata, Farnesianum urbanum, Porticense Puteolanum, denique Herculense. Itaque de origine maioris partis incertarum musei Neapolitani iam ita decisum est, ut certo iure agro Puteolano attribui possint.

ad n. 1644. Delineavit Iulianus de Sangallo in diagrammatica bibliothecae Senensis 8. iv-s f. 9.

ad n. 1629. Miliarium est opinor viae Appiae, pariter atque n. 6842. 6847.


ad n. 1685. 1686. Falsa exemplaria extant Bononiae in aedibus Boviorum (cf. vol. XI n. 95*, 3. 4).

ad n. 1701. Dele; est Herculensis n. 1450.

ad n. 1710. Cum origo incerta sit, item admissa est inter urbanas vol. VI n. 1647.

ad n. 1714. In ed. priore est n. 2544.

ad n. 1781. Boetticher eo nomine erravit, quod limen robustum facit pedum VIS, cum sit p. VIII. Causa erroris est, quod mutulos non recte collocavit; lex enim cum eos poni iubeat *insuper id (limen) et antas*, intellegit sine dubio liminis partem antae superiacentem:



Lumen cum latum sit p. 6, antae duae singulae p. 4 (nam crassum de latitudine recte videtur accepisse Boetticher), efficiuntur p. 8; limen autem cum super lumen antasque positum sit, item p. 8 longum sit necesse est. Haec scripsit ad me Richardus Schoene. — 2, 21 caementis non tegulas significari, sed saxa rudia docuit Nissen *pomp. Stud.* p. 58.

ad n. 1786. V. 1. 2 sub praescriptione 'Montalti sub arcu' ex schedis Ambrosianis ed. Mur. 1719, 3.

ad n. 1805. Immo solvendum est sic: *cur(a-tori) aquae Aug(ustae) per annos omni sumptu proprio [administratae]*.

ad n. 2023. Prodiit Nuceriae in fundo Iosephi Mariae Mauro a. 1842 testibus actis tabularii Neapolitani (*Docum. pe' musei d' Italia* 4 p. 103).

ad n. 2039a. Corrige in altera v. 4 in. p. pro l.

ad n. 2185. Dele; est infra suo loco n. 7157.

ad n. 2213. Edidit Manutius orth. 140, 14 loco non adscripto et inde Grut. 863, 15 collocans Romae.

ad n. 2231. Edidit ex schedis Ambrosianis pro urbana Mur. 1652, 7.

ad n. 2316. Romae in aedibus Castellani in scalis descripsit a. 1864 Forcella. Corrige 4 RARISSIMI.

ad n. 2331. Iam in museo Neapolitano, unde datur infra n. 4098 errore pro Campana.

ad n. 2469. Urbana potius; v. n. 358*.

ad n. 2559. Nunc in museo publico Neapolitano.

ad n. 2578. 2602. Idem titulus.

ad n. 2821. Inter Mazochiana praescripto vocabulo 'Sciupi' legitur titulus hic sequentibus aliis quinque originis urbanae.

ad n. 3200. Est in ed. priore 6377 46.

ad n. 8177. Dele; est suo loco n. 1716.

ad n. 8179. Vidi nuper Puteolis ad viam Campanam in vinea baronis Zampaglione. Basis est quadrata litteris bonis.

MEMORIAE
C · RAFIDI · SABINI
LEO · AVG · DISPENS
ET · RAFIDIA
CAMPANA
FILIO
DVL CISSIMO
in tergo:
vaeca, sub ea
puer mulgens

ad n. 8183. 8184. Dele; Campanae sunt relatae supra n. 3936. 3937.

ad n. 8189. Vidi a. 1882 in lapidario Neapolitano n. 111494. Scribe 2 EV·TY·CE·TI, 8 ·VT·TV. Puncta adsunt et inter syllabas et ante primas postremasque singulorum versus litteras.

ad n. 8193. Dele; pars est tituli n. 2949.

ad n. 8202. Iam ex dono Stevensii adservatus in lapidario Neapolitano, ubi excepi a. 1882. Prodiit apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 119. 4 vere est FRVCTVOSVS.

8366 Puteolis.

DIIS · MANIBVS
A · AELIO
AGATHOPODI
QVI · VIXIT · ANNIS
5 XXII · MENSIBVS · II
DIEBVS · XXII · Criscius
PARENTES · FILIO · PISSIMO descripsit.

8367 litteris bonis. Cumis *contrada Palombara* rep. m. Oct. a. 1881; Stevens dedit museo lapidario Neapolitano, ubi est n. 112850.

APPVLEIA · SEX · F
FELIX · V · A · V
Descripsi
a. 1882.

8367a arcae pars, rep. Puteolis; princeps Aemilius Sayn-Wittgenstein dedit a. 1858 museo Wiesbadensi.

D · M
AVR
SECV

Periodische Blätter der Geschichts- und Alterthumsvereine zu Kassel, Darmstadt und Wiesbaden 1859 p. 206.

8368 Puteolis rep., iam ex dono Stevensii in museo lapidario Neapolitano n. 111990.

CASTRICIA DEME
TRIA · EVPORATI sic
ALVMNO SVO QVI
VIXIT · ANNIS · XXI
5 BENE MERENTI FECIT
Descripsi
a. 1882.

8369 Puteolis in via Campana vicino alla *costa detta Croce Campana* in fundo Criscio in scalis casae.

IVLIA · A
AEDIFICA *Vit suo sump*
TV · SIBI · ET *Sororibus*
MAGNAE *et*
5 QVAS · HEREDes *reliquit* Minervinius
EX ER dedit.

8370 Quarti prope Maranum ad ecclesiam S. Mariae COLONNA. Iam Puteolis apud Criscium.

PVPIDIAE · CHRESTENI ·
VIXIT · ANNIS · XXXXII ·
C · CORNELIVS ·
PVTEOLANVS
5 CONIVGI ·
DVL CISSIMAE
FECIT ·

Recognovi a. 1882 descriptam a Criscio. Dedit item F. Colonna-Stigliano.

4 apex vere adesse videtur.

8371 Puteolis *via Lusiano, fondo Provenzana.*

D · M
T · STLACCIO
FLORENTIO
ALVMNO Ian. Aspr. Galante apud
5 VIX · AN · III Fiorellium *Not. degli scavi*
M · V · D · XI 1882 p. 118.

8372 Puteolis rep., iam ex dono Stevensii in lapidario Neapolitano n. 111991.

TERENTIA · ARTEMISIA · PIA
Descripsi a. 1882.

8373 Quarti prope Maranum ad ecclesiam S. Mariae.



Dedit Colonna-Stigliano.